2

# HIERONIMI IN HIEREMIAM

POST EXPLANATIONES DUODECIM PROPHETARU(M)
Isaiae. danihelis et ezechiel ad extremum in hieremiam
manum mittimus. tibi frater eusebi eius dem commentari
olos dedicantes. ut euangelicum uirum mattheo euangelistae copules.
quem interim nos plurimos strictis sensibus te hortante differimus; et
quia uolumen longissimum est. et in plerisque manifesta historia texitur.
illud prudentiam tuam admoneo. ne quaeras in hoc latam explanationem. super
his maxime quae iam et in prophetis aliis dicta sunt. et per se patent intellegen
tiae; sicque conlabor notariorum manu scribere ut nihil desit in sensibus. cum multu(m)
desit in uerbis; stamina tibi itaque subtegmina et licia praeparabo. tu pulcherrimam
uestem ipse conficito. ut non solum nos audire sed et alios docere possis;
libellum autem baruch qui uulgo editioni septuaginta copulatur. nec habetur
apud ebreos; et ten pseudepigraphon epistulam hieremiae nequaquam
censui disserendam. sed magis hieremiae ordinem librariorum errore
confusum multaque quae desunt ex hebreis fontibus digerere ac complere;
ut nouum ex ueteri uerumque pro corrupto pro par(te) ut pendens obtrectatorum
rabiem. qui non solum uerba sed syllabas quoque nostrorum uerborum
calumniantur; ineo scire aliquid arbitrantes. si de alienis operibus detra
hant; ut nuper indoctus calumniator erupit. qui commentarios meos
in epistulam pauli ad ephesios reprehendendos putat. nec intellegit
nimia stertens uecordia leges commentariorum in quibus multae diuer
sorum ponuntur opiniones. uel tacitis uel expressis auctorum nominibus.
ut lectoris arbitrium sit quid potissimum eligere debeat decernere;
quamquam et in primo eiusdem operis libro praefatus sim me uel propria

*Liber Guil: Laud Archiepi Cant: &*
*Cancellar: Vniuersit: Oxon. 1638.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0011